

DE  
SIMVLACRO REIP.  
SIVE DE IMAGINIBVS  
POLITICAE ET  
OECONOMICÆ  
VIRTUTIS.

*HENRICI FARNESEI EBVRONIS I.C.*  
*Et artis Oratoria Interpretis Regij.*

Panegyrici Lib. IIII. absoluti.

IN QVIBVS QVAM IMPERII FACIEM  
adumbrent quædam Illustrum Familiarum insignia:  
Apologi : Emblemata : Fabulæ : Adagia :  
Hieroglyphica : breuiter ostenditur.

*HVC ACCEDUNT MORES: LEGES: RITVS ANTIQVORVM:*  
*Synonyma virtutum: Paradoxa disputationum: exemplorum testimonia,*  
*ac deniq; orationes pro Arte Imperandi quinque.*

CVM REGIS PRIVILEGIO.

*Post colliguntur ad A. Regio.*



P A P I Æ.

*Ex Officina Typographica Andreæ Viani. M. D. XCIII,*  
*DE SUPERIORVM PERMISSV.*



ILLVSTRISSIMO  
ET EXCELLENTISS.  
IOANNI FERNANDEZ  
A VELASCO  
COMITI STABILI &c.



Quòd Velascorum Insignia felicitatem  
figurent Imperij.

**J**AGNA est JOANNES FERNANDEZ à Velasco Princeps Invictissime, familia tua gloria, quæ neq; ut ius, in armis: neq; ut arma, in iure relangueſcit: Sed prudentia lacertis, & viribus aequè ſolet in aduersis & turbulentis, atq; in proſperis & ſecundis fortuna ventis, gubernacula trāctare Imperij. Quare de ea iam cùm timeam, aut dicere, ne reſeius grandes flacceſcant ſimul cum orationis mea imbecillitate: aut tacere, ne ſumma virtutem, contra ius, ſua gloria videar expilare: ſtati, quò & dicendo ſilere, & ſilendo, aliquid dicere & videar, eius



# P A N E G Y R I C V S P R I M V S.

*QVOD INSIGNE RICCARDORVM  
Vera sit Reip. adumbratio.*



ST RICCARDORVM insigne, occulta for-  
tè, at vera certè imago Reip. Nomē verò plenū  
virtutis & gloriæ. Nā si Respub. vt placet Plato  
ni, constat ex Principe, consilio, iudicio, & po-  
pulo, Riccardus non tam videtur suis scribi  
literis, quàm veris germanisque Reipub. notis.

Siquidem, te enim IACOBE Præfes Amplissime iam appello,  
variæ septem illæ literæ, & diuersæ, quarum structura & contex-  
tu nomen tui generis & seminis scribitur, non solum, vt videre  
est, apud Valerium Probum, de Notis Romanorum interpre-  
tandis, partes Reip. adumbrant: sed etiam earum numerus, ty-  
pus est imperij & publicæ administrationis. Septem enim sunt  
planetæ, quibus reguntur fluxa & caduca vniuersitatis: septem totius  
Gretiæ numerantur sapientes: septem sacramenta Ecclesiæ, quo-  
rum gradibus paratur in cœlum ascensus: septem artes liberales,  
quarum Præsidio & res literaria, & virtus militaris omnis tenetur  
stipata: septem elementis continetur veritas: septem Emanuel,

**A** septem